

## Decimus sextus

ad firmitatē cā tēpestinā celsurā q̄ imaturā. Quippe cū ex olea durissimo ligno cardines in foribus di-  
utius immorati plantæ mō germinauerint. Cato uestes aquifolios: laureos: ulmeos fieri iubet. Higinus  
manubria rusticis carpinea: ligna cerrea. Quæ in laminis secantur quorūq; operimento uestiatur alia  
materies præcipua sunt citrus: terebinthus: aceris genera: buxum: palma aquifoliiū: ilex sambuci radix:  
populus. Dat & alnus (ut dictū est) tuber sectile: sicut citrus acerq;. Nec aliaq; tubera in precio. Mediaq;  
pars arborū crispior: & quo pprior radici minoribus magisq; flexibilibus maculis. Hæc prima origo lu-  
xuriæ arborem alia integri: & uiliiores ligno preciosiores cortice fieri: ut una arbor sepius ueniret. Exco-  
gitatæ sunt & ligni bratteæ. Nec satis. Cœpere tingi animaliu cornua: dentes secari: lignumq; ebore di-  
stingui: mox operiri. Placuit deinde materiē & in mari quæri. Testudo in hoc secta. Nuperq; portento-  
sis ingeniis principatu Neronis inuentū: ut pigmentis perderet se: plurisq; ueniret imitata lignum. Sic  
lectis precia quærantur. Sic terebinthum uinci iubet. Sic citrum præciosius fieri. Sic acer decipi. Modo  
luxuria non fuerat contenta ligno. Iam lignum em̄testudinem facit.

De arborum ætate & quæ genera arborum minime durant. Cap. xlv.

**Q**ua arborū quarundā immensa credi potest: si quis profunda mundi & saltus inaccessos cogi-  
tat. Verum ex iis quas memoria hominū custodit durant in ueliterno Africani prioris ma-  
nu fatæ oliuæ. Item myrtus eodem loco cōspiciæ magnitudinis. Subest specus in quo ma-  
nes eius custodire draco traditur Romæ uero lotos in lucinæ area anno qui fuit sine magi-  
gistratibus. ccc. lxxix. urbis æde condita incertum q̄tum ipsa uetustior. Esse quidem uetustiore non est  
dubium: cum ab eo loco Lucina nominetur. Hæc nunc circiter annū. ccccl. habet. antiquior enim illa:  
est sed incerta eius ætas quæ capillata dicitur: qm̄ uestaliū uirginū capillus ad eam deserf. Vex̄ altera lo-  
tos in uulcanali: quod Romulus constituit ex uictoria de decimis æquæua urbi intelligit: ut auctor est  
Massurius. Radices eius in foris usq; cæsaris per stationes municipiorū penetrant. Fuit cum ea cupressus  
æqualis circa suprema Neronis principis plapfaatq; neglecta. Vetustior autē urbe in uaticano ilex. in  
qua titulus æreis litteris hetruscis religione arborē iā tunc dignā fuisse signat. Tiburtes quoq; originē  
mulco ante urbem Romā habent. Apud eos extant ilices tres etiā Tiburte conditore eorū uetustiores  
apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eū tradunt filiū Amphiarai qui apud thebas obierit una  
ætate ante iliacū bellum. Sunt auctores & delphicā platanum Agamennonis manu fatam. Et alteram  
in caphys arcadie luco. Sunt hodie ex aduerso iliensium urbis iuxta hellepontum in Protefilai sepul-  
chro arbores: quæ omnibus ephēbiis eius cum in tantum accreuerit: ut ilium aspiciāt inarescūt rursusq;  
adulescunt. Iuxta urbem autem quercus in Ili tumulo tunc fatæ dicantur: cū cœpit ilium uocari. Argis  
olea nunc etiam durare dicitur: ad quam Io in uaccā mutata Argus alligauerit. In ponto circa hera-  
cleam aræ sunt Iouis Stracii cognomine: ibiq; quercus duæ ab hercule fatæ. in eodē tractu portus ami-  
co est Bebrycu rege interfecto clarus. Eius tumulus a superno die lauro tegitur: q̄ insanam uocant: qm̄  
si quis ea decerptū inferatur nauibus iurgia fiant: donec abiiciatur. Regionem aulocrenen diximus per  
q̄ ab apamea in phrygiam ituribi platanus oñditur: ex qua pepēdit Marsya uictus ab apolline: q̄ iā tū  
magnitudine electa est. Nec non palma deli ab eiusdem dei ætate conspicitur. Olympiæ oleaster: ex  
quo primus Hercules coronatus est: & nunc custoditur religiose. athanis quoq; olea durare traditur in  
certamine edito a Minerua. E diuerso breuissima uita est punice: fico: malis. Ex iis præcocibus breuior Dilutior  
q̄ ferotinis: dulcibus q̄ acutis: & dulcior in punice. item in uinibus: præcipueq; fertilibus. grecinus au-  
tor est sexagenis annis durasse uites. Videntur & aquaticæ cælerius interire. Senescunt quidem uelo-  
citer: sed e radicibus repullulant laurus: & mali: & punice. Firmissime ergo ad uiuendum oleæ: ut quas  
durare annis. cc. inter auctores conueniat. Et suburbano tusculani agri colle qui corne appellatur. Lu-  
cus antiqua religione dianæ sacratus a latio: uelut arte tonsili coma fageinemoris. in hoc arborem mo-  
ri eximium ætate nostra adamauit Passienus Crispus bis consul orator Agrippinæ matrimonio & Ne-  
rone priuigno clarior. Postea: osculari complectiq; eam solitus: non modo cubare sub ea uinumq; illi  
affundere. Vicina luco est ilex: & ipsa nobilis. xxxv. pedum ambitu caudicis. x. arbores metiens singu-  
las magnitudinis uisendæ: siluamq; sola facit. Hedera necari arbores certum est. Simile quidam & in  
uisco: tametsi tardiozem earum iniuriam arbitrantur. Namque & hoc præter fructus agnoscitur non  
in nouissimis mirabile. Quædam enim in terra gigni non possunt: & in arboribus nascuntur. Namq;  
cum suam sedem non habeant: in aliena uiuunt: sicut uiscum. Est & in syria hæiba: quæ uocatur Cassy-  
tas: non tantum arboribus: sed ipsis etiam spinis circumuoluens sese. Item circa tempe thessalica quæ  
polypodion uocatur: & quæ dolichos: ac serpullum. Oleastro quoque deputato quod gignitur uo-  
cant phaunos. Quod uero in hispania fullonia hippophaeton calliculis inanibus: foliis paruis: radice Notat & i  
alba: cuius succus ad deractiones in comitali morbo utilissimus habetur. Visci tria genera. Nam: spina ful-  
que est in abiete & larice. Stelin dicit Euboea. Hyphear Arcadia. Viscum autem in quercu: robore: lonia hyp-  
ilice: prano siluestri: terebintho: nec aliis arboribus adnasci. Pleriq; copiosissimum in quercu: quod Dry pophasto  
os hyphear uocant. in omni arbore excepta ilice & quercu differentiā facit odor utriusq; & foliū non

Literno

Dilutior

Notat & i  
spina ful-  
lonia hyp-  
pophasto